962 +

in Vim dotis et expeditionis se legitime concernens, per manus Nobilis Danielis Jurecki Fratris sui germani totaliter et plenarie satisfactum est, ob quam eiusmodi satisfactionem, dotisque realem et effectivam persolutionem bonis iisdem in manus praefati Nobilis Danielis Jurecki fratris sui germani, abdicat, abrenunciat, et resignat. Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

# Brzezinski et Repelowski mutuo Roborant et Statuent.

1064 Comparentes personaliter coram officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Generosi Albertus Brzezinski ab Una et Sebastianus Repelowski parte ab altera sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus, Juribus, Jurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo, praesenti vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Jurisdictioni, quo ad actum hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam, libere, publice, ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit. Quia ipsi et quidem Generosus Brzezinski suo et Generosae Teressiae Jugoszewska, praefatus quoque

Generosus

Generosus Repelowski ibidem suo et Generosæ Constantiæ Vrzyska Consortium suarum legitimarum pro quarum ratihabitione cauent, et se præsentibus inscribunt nominibus, sibi mutuo et inuicem, Vna pars alteri ac posteris Vtriusq' partis, se ac suos successores, in et super bonis suis generaliter omnibus, summisq' pecuniarijs quibusuis, habitis et habendis, inscribunt et obligant præsentibus, Intercisam certam inter se Recognoscentes et præfatas Consortes suas, ratione Arendæ bonorum Villæ Chodorowka dicte in Terra Districtus Sanocensis Consistentium, tum et aliarum Certarum rerum et Conditionum, in eadem Intercisa contentarum, de actu et data illius hic Præmysliæ die hodierna in actu Contenta, confectam, Conscriptam manibus sui Recognoscentium proprijs ab Vtrinque subscriptam, in omnibus et singulis eiusdem Intercisæ Conditionibus, punctis, clausulis, articulis, Vadio ligamentis ac nexibus generaliter Vniuersis, firmiter tenere, complere, exequi ac inuiolabiliter obseruare, omnibusque et singulis eius Contentis, tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit satisfacere, Intercisam præfatam ad Inscriptionem præsentem Roboratoriam, et Inscriptionem præsentem Roboratoriam, ad prædictam Intercisam Vicissim in toto referendo. Idq' sub Vadio summæ Ducentorum Florenorum Polonicalium

+

per partem parti, cum Successoribus Vtriusq̃ partis ob non Complectionem Contentorum Interesse praefati, omnium et Singulorum, tam in parte quam in toto toties quoties opus fuerit ad Soluendum Succumbendo. Nihilominus ijdem Recognoscentes Generosi Albertus Brzezinski et Sebastianus Repelowski se ac suos Successores, in et Super bonis Suis generaliter omnibus, ac Summis pecuniarijs quibusuis habitis et habendis, sibi mutuo et inuicem Vna pars alteri, et posteris Vtriusq̃ partis inscribunt et obligant praesentibus, Suprascriptas Generosas et quidem Generosus Brzezinski Teresiam Tugorzewska, praefatus quoque Generosus Sebastianus Repelowski Constantiam Vieyska Consortes Suas legitimas, Vel in euentu mortis Successores illarum ad approbandum per ipsas Inscriptionem praesentem Roboratoriam, aut Similem aliam Suo pro interesse faciendam, ad Acta quaeuis authentica Regni, Vim et robur perpetuitatis in se habentia intra decursum Duodecem Septimanarum cum personali Sui Recognoscentium assistentia adducere et personaliter Statuere, ab eisque Vel earum Successoribus Vt praemissa debite exequantur efficere. Idq̃ Sub alio Simili et Speciali Vadio aliorum Videlicet Ducentorum Florenorum Polonicalium per partem parti cum Successoribus Vtriusq̃ partis, ob non Statuitionem praefatarum Consortium Suarum Statuendarum

Vel in euen:

Vel in eventu mortis successorum illarum ad exequenda praemissa, pro tempore et loco superius expressis ad solvendum succumbendo. Pro quibus quidem vadio vel vadiis modo praemisso ad solvendum succumbitis, ac pro re aliqua principali ex contentis Inscriptae praefatae non completa complenda, citata existens memorata pars una praemissa non tenens, sive eius posteri. Ad instantiam partis alterius praemissa tenentis, et complentis, vel illius successorum ad officium praesens Castrense Capitaneale Praemisliense extunc recessu suprascripto, quo ad respondendum spectat mediante, semper in primo citationis Termino tanquam peremptorio stare Iuriparere, respondere, vadium vel vadia praetacta luere, Inscriptioni huic satisfacere, ac omne iudicatum pati debebit et tenebitur, seq[ue] ac suos successores ad eadem o[mn]ia inscribit et obligat praesentibus, illum Terminum primum peremptorium, et alios omnes exinde consequentes causae eiusdem Terminos semper peremptorios vera infirmitate, pro maiori minorennitate, successionem legatione intra vel extra Regnum servitio militari ad munimenta ad Exercitum, vel aliis quibusvis dilationibus, vel legalibus impedimentis non differendo, ad quietationem praeterea ultra proximos officii praefati Castrensis Capitanealis Praemisliensis.

966

Terminos, dilationem sibi non recipiendo, nullasque motio:
nes, appellationes ac earum prosecutiones faciendo
ac præmissa omnia pœnis simplicibus, vel duplicatis
Cassationibus, suspensionibus, fatalis Juris, præscripti:
one Terrestri, bello, Conventioneque, ac aliis omnibus
Juris remediis et defensis non subterfugiendo, nec mo:
do alio quovis euadendo. Hac sua præsenti perso:
nali Recognitione ad præmissa omnia et sin:
gula mediante.

## Vstrzijcki et Wronowski Roborant.

1061 Comparentes personaliter Coram officio et Actis
præsentibus Castrensibus Capitanealibus Præmislien:
sibus Generosi Vladislaus de Vnikow Vstrzycki ab vna
et Venceslaus Wronowski parte ab altera Sani menti:
bus et Corporibus existentes a Terris Districtibus Ju:
ribus, Jurisdictionibusque suis quibusuis propriis et com:
petentibus recedendo, præsenti vero Castrensi Capi:
taneali Præmisliensi Jurisdictioni, quo ad actum
hunc attinet se cum successoribus ac bonis suis
generaliter omnibus, totaliter et plenarie incorporan:
do atque subjiciendo palam, libere, publice, ac per ex:
pressum recognoverunt, et quilibet illorum seorsim
suo pro interesse recognouit. Quia ipsi et quidem

Generosi